

VITA BEATI BERNARDI. PRAEFATIO DOMINI

Alamni monachi Clareuallis, & postea Altissiodorensis episcopi in vitam sancti Bernardi abbatis.

Menerando patri. P. dei prouidentia clareuallis abbati. Frater. A. Altissiodorensis ecclesiae humilis quondam sacerdos: aeternam in Christo salutem. Vita beate recordatiois Bernardi clareuallis abbatis uirtutibus & miraculis tam admirandae quam imitandae, plures in describendo extiterunt auctores: sumpta nimirum materia, quae se copiosa inquirentibus offerrebat. Quae autem nos ex eadem narratione nonnulla omittentes, & apponentes per pauca, breuiter perstrinximus: schedula: non tam presumptio quam (ut credimus) ratio persuasit. Primo quae scriptorum (tametsi uera sint) pleritas: onerosa solet esse legentibus. Demum quae Godefridus uenerabilis lingonice sedis antistes, eiusdem patris Bernardi secundum carnem propinquus, secundum spiritum in conuersione socius, & in laboribus coadiutor, quaedam in pagina quam breuiandam suscepimus, minus ueritatis consona denotabat: utpote qui ab infantia cum sancto illo nutritus, uisa melius quam alius narrata didicerat. Morte uero idem uenerabilis sacerdos pueniens: quod inde coeperat & optauerat, imperfectum reliquit. Sed & in serie ipsa descriptiois, multiplex sensus recapitulatio est: dum plures eadem saepe dixerunt, & si aliqui dissimilibus uerbis. Necnon etiam si quis diligenter aduertat: ibidem quaedam a seua inserta reperitur: uerbi gratia contra ecclesiasticae & secularis potestatis autenticas sublimis personarum. Absit autem ut ququam asperius uel amarum oliua illa suauitatem in domo dei fructificans, erga quem pietam reddat: cuius studij semper fuit dum uixit in seculo, omnes homines mansuetudinibus suae oleo demulcere. Sanctae nationis nostrae ueritas non incertam apud nos obtinet firmitatem: cum etiam plura ex his quae uel ex eius ore sacratissimo, uel fidelis religiosorum relatu coeperta cognouimus, sicut & miraculorum multitudinem scierit praeterirentes: studio breuitatis duximus sequenda. Si igitur puritatis uestrae examini nostra placuerit abbreviatio (subtrahtis uel appositis, aut emendatis quae uestra uisa fuerint sanctitati) cum dei beneplacito, uestrorum quoque fauore (cum fallimur) sine offendiculo poterit transcribenda exponi. Sin autem nostrae humilitatis esse, id opusculum penes nos potius occultare quam prodere: ne minime profutura temere uelie pantere uideamur. Explicit prologus.

INCIPIT VITA.

BERNARDVS BVRGUNDIAE partibus Fontanis oppido patris sui orundus fuit, parentibus claris secundum dignitatem seculi, sed dignioribus ac nobilioribus secundum christianae religionis pietatem. Pater eius Theocelinus uir antiquae & legitime militiae fuit, cultor dei, iustitiae tenax. Euangelicam namque in instituta praecurforis domini militaria agens, neminem conculcabat, nemini faciebat calumniam, contentus stipendijs suis, quibus ad omne opus bonum abutabatur. Sic consilio & armis seruebat temporalibus dominis suis, ut etiam domino deo suo non neligeret reddere quod debebat. Mater Aleth, ex castro cui nomen mons barrus, & ipsa in ordine suo apostolicam regulam tenens subdita uiro, sub eo secundum timorem dei domum suam regebat, operibus misericordiae insistent filios euertens in omni disciplina. Septem quippe liberos genuit non tam uiro suo quam deo, sex mares, feminam unam, mares omnes monachos futuros, feminam sanctimoniale. Deo namque (ut distum est) non seculo generans, singulos mox ut partu ediderat, ipsa manibus proprijs domino offerrebat. Propter quod etiam alienis uerbis nutritus, omittit illustris femina refugio, quasi cum uero materni quodammodo boni

infundens eis naturam. Cum autem creuissent, quadiu sub manu eius erant, eremo magis quam curiae nutrebat, non patiens deliciares assuescere cibos, sed grossioribus & coibus pascens, & sic eos praeparans & instituens domino inspirante, quasi continuo ad eremum transmittendos. Haec cum in ordine filiorum tertium Bernardum haberet in utero, somnium uidit praesagium futurorum, catellum scilicet totum cadidum, in dorso subrufum, & latrantem in utero se habere. Super quo territa uehementer, cum religiosum quendam uirum, concouisisset, continuo ille spiritum prophetiae concipiens quod Dauid de sanctis praedicatoribus domino dicit. Lingua canu tuorum ex inimicis: trepidanti & anxie respondit. Ne timeas: Optimi catuli mater eris, qui domus dei custos futurus, magnos pro ea contra inimicos fidei editurus est latratus. Erit enim egregius praedicator, & tanquam bonus canis, gratia linguae medicinalis, in multis multos morbos curaturus est animarum. Quo responso mulier pia & fidelis quasi a deo suscepto, leta efficitur, & iam tunc in amorem nondum nati tota transfunditur, cogitans cum sacris literis erudiendum tradere secundum modum uisionis & interpretationis qua ei de illo tam sublimia promittebantur. Quod & factum est. Mox enim ut foelici partu edidit, non modo obtulit cum deo sicut de alijs agere consueuerat, sed sicut legitur de sancta matre Samuelis, quae per titum a domino & acceptum filium in tabernaculo eius destinauit perpetuo seruiturum: sic & ipsa cum in ecclesia dei acceptabile obtulit munus. Unde & quamcunq; potuit in ecclesia castellanis quae postmodum ipsius Bernardi opera a seculari conuersatione in ordinem regularium canonicorum promotam cognoscitur magistris literarum tradens erudiendum, egit quicquid potuit ut in eis proficeret. Puer autem & gratia plenus, & ingenio naturali polens: cito in hoc desiderium matris impleuit. Nam in literarum quidem studio supra aetatem & praecoxitatis suis proficiebat, sed in rebus secularibus iam mortificationem futurae perfectiois uelut naturaliter inchoabat. Erat quippe simplicissimus in secularibus, amans habitare secum, publicum fugitans, mire cogitatus, parentibus obediens & subditus, omnibus benignus & gratus, domi simplex & quietus, foris rarus: & ultra quam credit posset uerecundus, nusquam multum loqui amans, deo deuotus, ut puram sibi puritatem suam conseruaret. Literarum etiam studio deditus, per quas in scripturis cum disceret & cognosceret.

Um ad huc puerulus graui capitis dolore uexaretur, decidit in lectum. Ad ducta autem ad eum est muliercula quasi dolorem mitigatura carminibus. Quam cum ille appropinquantem sentiret cum carnalibus instrumentis: quibus hominibus de uulgo illudere consueuerat cum indignatione magna clamans a se repulit & abiecit. Aderat namque somnium illa uox natiuitatis dominicae, & ad solennes uigilias omnes ut moris est parabantur. Cumque celebrandi nocturni officij hora aliquantisper protelaretur, contigit sedentem expectantemque Bernardum cum ceteris inclinato capite paululum soporari. Assuit illico puero uox se reuelans pueri Iesu sancta natiuitas, tenere fidei suggerens incrementa, & diuinae in eo inchoatae mysteria contemplationis. Apparuit enim uelut denuo procedens sponsus etiam in lambo suo. Apparuit ei quasi iterum ante oculos suos scens ex utero matris uirginis uerbum infans, speciem forma praefilijs hominum, & puerilli sancti in se rapte minime iam pueriles affectus. Persuasum autem esse animo suo fateri solebat: quae cum credat nunc horam filij dominicae natiuitatis. Sed & facile est aduertere his quae eius adiutorium frequentauerunt, in quanta cum benedictione ea hora praenuerit dominus, cum in his quae ad lud pertinent sacramentum, & sensus ei profundior, & mo copiosior suppetere uideatur. Unde & postmo in laudem eiusdem genitricis & geniti, & sanctae ciuitatis insignis edidit opusculum inter iustitia opusculum